Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26196
Copyright: Admont, Benediktinerstift

terre uadit. et in secessum emittitur. Hic est cibus qui non uadit in
corpus quia nequaquam sicut alii cibi in naturam uertitur: sed cor-
pus nostrum in suam uertit naturam. et future resurrectioni et
perpetue incorruptioni illud preparans et coaptans. et
in nobis est. et ubi erat scilicet in dextera patris. Sic enim natura-
lis per sacramentum proprietas perfecte sacramentum sit unitatis.
cum hec accepta atque hausta id efficiunt ut et nos in
Christo. et Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem et sumus
in eo. dum secum hoc quod nos sumus in deo [...] est. Hoc quantum uite nostre
causa est quod in nobis carnalibus per carnem Christum manentem
habemus uicturis nobis per eum. ea conditione qua uiuit ille
per patrem. Quod alia Christi caro alterius sit sacramentum
et quod idem corpus Christi de terra sumptum et sa-
cramentum eius uisibiles illa species panis cuiusdam
alterius corporis Christi quod est ecclesia sit
SACRAMENTUM

SCIENDUM.

AUTEM QUOD CA[...]EUI[...] RHIS ILLIUS
uel corporis spiritualia [...] quam part[...]lus. de quo
iam superius multa dixi [...]udas ad[...]m. sacramentum
est caro uel corpus Christi [...] operatum quod in ara cru-
cis uel in altari sacrificatur: et cor[...]e sumitur [...]poraliter man-
ducatur. Nemo autem nouita[...]tis me arguit
presumptorem. quod corpus Christi sacramentum appellem corpo-
ris Christi. Nam et Paulus ad Tymotheum magnum esse pie-
tatis sacramentum. quod manifestatum est in carne. sed et beatus
Ambrosius in libro ad Gracianum dicit apparuisse homi-
nibus unigenitum patris per sacramentum assumpti hominis.
ceterique ecclesie doctores sacramentorum dicunt eos corpus